



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Natales Sanctorvm Candidissimi Ordinis  
Præmonstratensis**

**Sterre, Jean Chrysostome van der**

**Antverpiæ, Anno M.DC.XXV.**

23. Decembris. Decimo Kalend. Ianvarii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37161**

est oculis insipientium mori: verum  
factus est in pace locus eius, dum  
cum Corona Martyrij fœliciter mi-  
grauit ad Dominum.

23. Decembris.

DECIMO KALEND. JANVARII.

**I**N Scheidensi Cœnobio Beati  
HERMANNI Primi eiusdem Ec-  
clesiæ Abbatis, & Præpositi Ordi-  
nis Præmonstratensis. Qui ex Iu-  
daismo mirabiliter ad CHRISTI  
fidem conuersus, in Capenbergenſi  
Cœnobio Præmonstrati Ordinis  
habitu suscepto, Candidæ huic IESV  
militiæ adscribi voluit: in qua per  
omnes Christianarum virtutum ad-  
scendens gradus, ad tantam perfe-  
ctionis Euangelicæ excellentiam  
deuenit; ut quo olim zelosior exti-  
terat

terat propugnator Iudaicæ perfidiæ; eo nunc gloriosior Æternæ es-  
set assertor Veritatis. Quin & Schei-  
densis Ecclesiæ Prælaturam, piæ &  
sanctæ conuersationis exornauit  
exemplis.

Et alibi aliorum plurimorum SS.  
Martyrum, Confessorum, atq; san-  
ctorū Virginum. R<sup>esp</sup>. DEO gratias.

*Antiphona.*

**I**sti sunt qui venerunt de tribulatione magna, & la-  
uerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in Sanguine  
Agni.

¶. Lætamini in Domino, & exultate Iusti.

¶. Et gloriamini omnes recti corde.

*Collecta.*

**L**ætetur Ecclesia tua Deus, Sancti NORBERTI  
Confessoris tui atque Pontificis, & BB. eius Soda-  
lium confisa suffragijs: atque eorum precibus glorio-  
sis, & deuota permaneat, & secura consistat. Per CHRI-  
STVM Dominum nostrum. ¶. Amen.

P 2      S. AN-